



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

17. Vnde probabile fiat Centauros esse?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

*Centauri* nominarentur. Quia enim eques  
stres eorum turmæ procul aspicientibus, &  
infrà formam eorum, & suprà manus  
vultusque hominum exhibebant *centauris*  
similes, *centauri* vocabantur. Sed unde eam  
similitudinem hauserunt, si nulli vspiam  
fuere centauri?

## §. XVII.

*Vnde probabile fiat, Centauros esse?*

Credibile igitur valde est, dari eiusce-  
modi monstra, quæ quia ex parte hominis,  
ex parte autem equi, aut asini figura con-  
specta sunt, *Centauri*, *Hippocentauri*, aut  
etiam *Onocentauri* sunt nuncupata; tam-  
etsi enim mihi non persuadeam, ullam esse  
*Centaurorum* verorum gentem, aut po-  
pulum, quæ cum Lapithis pugnet, esse ta- *Ouid. lib.*  
men, aut certè esse posse eiuscmodi bi- *12. Metā.*  
formia animalia, siue ratione prædita, siue  
rationis expertia, non dubito, ductus au-  
ctoritate, ratione, exemplis. Neque enim *Apul. lib.*  
Madaurensis dñntaxat Philosophus eiu- *4. asini.*  
scemodi *semiferos* reperiri in terris affir-  
mat; sed gratissimus quoq; Propheta Isaías *Ila. 34. 13.*  
vastitatem Ierōsolymitanæ vrbis prædi-  
cens ait: *Et orientur in domibus eius spinae, &*  
*ortica, & paliurus in munitionibus eius, &*

G. erie

erit cubile draconum, & pascua struthionum.  
Et occurrent dæmonia Onocentauris, & pilo-  
sus clamabit alter ad alterum: ibi cubauit la-  
mia, & inuenit sibi requiem. Quid hic aliud  
dicit Propheta, quām ille Poëta:

Luean.

I. 3.

*Illic semiferos Ixionidas Centauros  
Fæta Peletronijs nubes effudit in an-  
tris?*

Plin. I. 7.  
c. 3. Nat.  
hist,

Quod si opus est oculatis testibus, Plinium  
audi. *Claudius*, inquit, *Cæsar* scribit, *Hippo-*  
*centaurum in Thessalia natum eodem die in-*  
*terijisse; & nos principatu eius allatum illi ex*  
*Ægypto in melle vidimus.* Meminit huius  
rei etiam Phlegon Cæsaris libertus, memi-  
nit & Trallianus in libello de mirabilibus  
& longænis: meminerunt alij complures  
grauissimi authores, præter tota agmina

Hesiod. in  
Alpide.  
Homer.  
lib. 21.  
Odyss.  
Sophocl.  
in Trachis  
Orph.  
in Argo-  
naut. Pin-  
dar. in  
Pythijs.

Poetarum, Hesiodum, Homerum, Sopho-  
clem, Orpheum, Pindarum, apud Græ-  
cos; Virgilium, Horatium, Propertium,  
Ouidium, Papinium, apud Latinos. Sub-  
scribunt \* Ælianuſ & Volaterranus, dum  
Iani sæculo Italæ accolam Marem descri-  
nijs. bunt magni quidem nominis, si animum  
inspicias, virum; sin autem corpus, mon-  
stroſissimum, pube tenus scilicet hominē,  
reliqua

\* Ælian. l. 9. c. 16, Volaterrau. l. 17. Anthropologiz.

reliqua verò equum referentem : quales & in Asia Hippopodes esse dicuntur ; item & apotami, qui in aquis degunt. Ratio etiā in promptu est, cur enim non posset esse propria species animalium , cui Centauro- rum , aut Satyrorum forma competeret ? cur non corrupta prægnantium imagina-  
tio , & subiti terrores tantam in partum vim haberent, vt, quod ipsi vidimus, puer, aut puella alicuius bruti membro defor- matus pareretur ? In Androgynis Africæ populis, mamma virilis est, & altera mulie- bris ; immò idem homo vir est & fæmina. In Erípia homines formosi collo & ore gruino cum rostris animalium reperiun- tur. Cur non posset esse talis seminum mixtura ac diuersitas , vt membrorum effi- ceret disparitatem ? Exempla autem non- nè manifestè hoc fateri cogunt ? vt enim Sirenes omittam, nonnè ex equo & asina, aut ex asino & equa nascitur mulus , qui neque equus est, neque asinus ? Nonnè è cane & vulpe vulpicanes , ex lupo & cane Lycisci oriuntur ? Nonnè Cynamolgi in Aethiopia & India canina capita, homi- num cetera habent , teste Solino & Isido- Solin. e.  
ro? Nonnè Mela refert, Septemtrionalium 43. Isid.  
G 2 quarun- Origin

I. II. Mea quarundam insularum accolas esse equinis  
 Ia l. 3. c. 6. pedibus Hippopodas dictos? Ad eundem mo-  
 Plin. I. 7. dum historici recensent, apud quosdam  
 c. 3. Plu- Indos nefanda coniugia, mixtosq; & semi-  
 tarch. in feros esse partus? Ex eiusmodi nuptijs Mino-  
 gryllo. tauri nobis & Egypates, etiam meo iudicio  
*Sphinges suppululant, & Centauri*, ait Plu-  
 tarchus. Nec necesse est, Obsequenter te-  
 stem citare, qui memorat, Tiberio Grac-  
 cho, M. Iuuentio Coss. porcum humanis  
 pedibus & manibus natum: nostra hæc sæ-  
 cula, prò dolor, eiusmodi monstra infa-  
 mārunt, non à bestijs duntaxat, sed à Sty-  
 gijs etiam laruis generata, & dæmonum  
 subinde toruissimo vultu defœdata: ut  
 planè proteruum esse necesse sit, qui post  
 tam multas clarasque experientias, rem  
 hanc velit inficiari. Necesse est enim eum  
 etiam multas hominibus à Deo miraculosè  
 inflictas pœnas, de quibus infrà; & mon-  
 stra tot oculis testimibus affirmata inficiari.

### §. XVIII.

*Qui negent Centauros esse?*

Oppugnant hanc sententiam primùm  
 ipsi Poetæ, tum oratores; quin & histori-  
 ci, & Philosophi, & Medici, & Iuriscon-  
 sulti: quin & SS. Patres. Addunt ratio-  
 nes